



OFICIOS

BX2164

P5

v. 1



1080016317

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

PIISSIMÆ

ERGA DIVINUM JOSEPHUM

PRECES

*Ignacia Calles*

PIISSIMÆ ERGA  
DIVINUM JOSEPHUM

PRECES, AD AUGENDUM NOSTRUM

JOSEPHINUM INSTITUTUM

ATQUE ETIAM

NOSTRAM AD ILLUD VOCATIONEM

FIDELISSIME CONSERVANDAM



UNIVERSIDAD DE LEON  
Capilla de San Isidro  
Biblioteca Universitaria

MEXICI

EX TYP. RELIGIOSA IN VIA VULGO DICTA  
Esquina de la Concepcion  
MDXXKLXXXIV

44263

BX 2164

P5  
v. 1



Biblioteca Universitaria  
Capilla Alfonso



FONDO CUARTERO  
VALVERDE Y TELLEZ

68844

## PRÆFATIO.

§ SANCTISSIME Pater noster Joseph: Tu, qui erga nos famulos tuos divinæ charitatis ardor succensus, de tantis, tam magnis, et tam continuis periculis nostrum pauper-culum Institutum, per bonitatem tuam misericorditer liberasti; nos per talia auxilia et misericordias tuas potentissime excitati, has piissimas preces ad tuum Sanctum nomen colendum, quotidie recitare promittimus.

Tu proinde, Pater amantissime, qui semper et pro semper majorem Dei gloriam ac proximi salutem anhelasti, huic officio tuo ignitum illud robur adde, ut ferventissime recitare quotidie valeamus, et per tua merita et intercessionem omnibus diebus vitæ nostræ ante conspectum divinæ Majestatis juxta illud exaudiri mereamur.

Mexici, 19 Martii 1887.

Filiorum tuorum indignissimus  
JOSEPHUS MARIA VILASECA.

007468

## ANTE OFFICIUM.

§ SPIRITUS SANCTI gratia illuminet sensus et corda nostra. Amen, Jesus, Maria et Joseph. Aperi, Domine Joseph, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis et alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, ut digne, attente ac devote hoc officium, recitare valeam, et exaudiri merear ante conspectum divinæ Majestatis tuæ. Domine Joseph, in unione illius divinæ intentionis, qua in terris laudes Deo persolvisti, hoc tibi officium persolvere volo.

## DIE DOMINICA AD MATUTINUM.

*Luego de haber rezado de rodillas el Padre nuestro, el Ave María, el Ave Joseph y el Venerabilis Mater nostra, puestos todos de pié, el que preside comienza como sigue:*

- V. Sancte Joseph, dignissime sponse Mariae et Pater Virginalis Jesu.*  
*R. Ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostrae. Amen Jesus, Maria et Joseph.*  
*V. Illumina bone Joseph, oculos meos, ne unquam obdormiam in morte peccati.*  
*R. Ne quando dicat inimicus meus, praevalui adversus eum.*  
*V. Dilectissime Joseph, in adjutorium meum intende.*  
*R. Domine mi, ad adjuvandum me festina.*  
*V. Gloria Trinitati coeli, Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.*  
*R. Honor Trinitati terrae, Jesu, Mariae et Josepho.*

## HYMNUS.

Te, Joseph, celebrent agmina caelitem,  
Te cuncti resonent Christiadum chori,  
Qui clarus meritis, junctus es inclytæ  
Casto foedere Virgini.  
Almo cum tumidam germine conjugem  
Admirans, dubio tangeris anxius,